



3

* * *

VIVat! Jo! VIVat IMperator LeopoLDVs feLIX!

* * *

Die JanVarI XXVI. JosephVs ReX HVngarlæ
ætatis sVæ anno XII. RoManVs CoronatVs fVlt.

* * *

DeVotas MaJestati Cæfareæ parIter & RegIæ
gratVLationes, In VnIVersitate VVittenbergensi,


* * *

Lege pietatis Debitæ eXhibere aVsVs est
GeorgIVs Gaspar KirChMaJerVs,
Oratoriæ Prof. IbI.



EXCVDebat pVbLICO CasItero
ChrIstophorVs SchrcæDterVs, CIVIs.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Halle





DESIDERIUM. *Evolutio.*



Ervus anhelat aquas sitiens, è rupe
fluentes,
Et pede vinctus avet scandere sum-
ma petrae.

Sed retrahit moles nisi centena volantis;
Spes miserum & pietas anchora sola tenet.
Accola sic Rheni LEOPOLDUM spectat, in alto
Currentem Solem; monstrat, adorat Eum.
Exspirans Galli rabie *Wormatia*, *Spira*,
Omnis & egregius sic queritur ager:
O mihi si liceat rursus prodire sepulchro,
Hoc minimè pulchro! Rex, ea redde, JOSEPH!
Ne lu-

Ne luctus praesens feros perduret in annos;
 Post hyemes aestas grata, serena, veni!



PARABOLÆ.

Evolutio.

Quid sibi plena volunt duo Cornua, tam ubere
 fructu?

Quid Candela ALIIS lumina clara ferens?

Vinea quid florens? quid Cubus & ille quadratus?

Quid Rosa? quidvé triplex fulmina casus agens?

Quid Caput implexum colubris, infame Medusæ,

Cælesti tactum fulmine, torva videns?

Gratia plena Dei signatur Cornibus istis;

ROMANO REGI prospera cuncta notans.

Turca Medusæum caput est, Turcæq; fidelis

Gallus; honestatis, foederis osor item.

Rex spargit radios, veluti Lux lumen in omnes

Regnorum terras: utilis est ALIIS.

Proq;

Proq; salute gregis flamma est in corde JOSEPHI:
 Quadratus Cubus firmum animumq; refert.
 Regia florebit Domus, ut Rosa, Vinea, posthac:
 Invidiae occurret Fulmen ab arce Poli.
 Cont Urbab Vnt Vr ConstantInopoLItanI
 TaLlbVs hls CVrls foLLICltlqVe MaLls.



CIMELIARCHIUM. *Evolut.*

LEx, Evangelium, sunt fundamenta salutis:
 Petra, super quam stat fundata Ecclesia, Chri-
 stus

Est solus: Judex cur non sit Spiritus almus?
 Gloria, crux Jesu: latere aut ab utroque Columna,
 Sanctus Apostolicus, tum sermo Propheticus æqvè:
 Tantorum custos AQVILA est, & Laurea rostri.

CLAUSULA cum VATICINIO.

Fingere sculptori modò si fas esset, imago
 Exhibeat Solem magnum, & splendore mino-
 rem,
 Nempe parheliacum; cristatum (sed pede) gallum,
 Latran-

Latrantemq; canem; Lunam, sed lumine cassam:
Magnanimum geminos pullos, sub Sole, Leonem
Edentem, atque parem vincendis ritè duobus
Hostibus, & nomen LEOPOLDI splendidum in
Astris.

Hoc non Tarquinii, qui *summa papavera carpit*;
Sed LEOPOLDI, inquam, qui *grandia Lilia*
quassat.

Intereà fas sit, duodenum reddere sensum.

Αναγραμματισόμενος

LEOPOLDUS in FATO.

^{1.} P *Ello duos (hostes) LEOPOLD, ^{2.} pol sedulo!*
(^{3.} &) ^{3.} edo

Pullos, ^{4.} sole duplo, ^{5.} pello sudoq; ; ^{6.} puellos
Do; ^{7.} do plus Leo; ^{8.} sol è duplo (lumine clarus.)

In VOTO.

^{9.} O *Sol duple, ^{10.} duo polles! Tu ^{11.} lude (Tyrannos)*
Lude (duosq;) polos; ^{12.} ludesq; Poloq; triumph!





VIVat!Jo!VIVat IMperator
LeopoLDV

Die JanVarl XXVI. Joseph
ætatis sVæ anno XII.ROM

DeVotas MaJestati Cæsare
gratVLationes,In VnIV

Lege pletatis Debitæ
GeorgIVs Gaspar
Oratorlæ P



EXCVDebat pVb
ChristophorVs Sch

